

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iohannes Parsimonius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Theologiæ crearet. Epitaphium ejus Tubingæ suspendendum Academicis in Templo D. Georgii; Oratione Funebris & Concione laudavit Theodoricus Sneyffius, ab Israël Wielando cum præfatione luculentâ in lucem editis, quas omnino vide.

Scripta.

Resutatio primæ partis Sotici Scripti, cui Author titulum fecit: De unâ, visibili & certâ Ecclesiâ Christi necessario agnoscendâ. Francoforti 1561. fol.

Disp. Inauguralis De Uno, Verò Mediatore Jesu Christo. Resp. Ruperto Dürrio, Tubingæ, 1554. in 4.

Commentarius in Epistolam Johannis Canonicam, Tub. 1571. 8.

Disputatio de Clavibus Regni Cœlorum, Tubing. anno 1558. 4.

Oratio de Mysteriis Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

JOHANNES PARSIMONIUS, (dictus Rarg/) Augustæ Vindelicorum natus est anno 1525. Pater ipsi fuit cognominis, qui apud filium decessit 1577.

ætatis 80. è ludo patrio, in quo Præceptorem habuit Sixtum Betulejum, in Academiam Tubingensem missus, ibi 1540. primam lauream, & paulo post alteram in Philosophia consecutus est. Exinde Wirtembergam profectus, & Theologiæ mancipatus, Lutherum & Melancthonem inter alios studiose audivit.

divit. Anno 1546. post obitum Lutheri domum reversus, Augustæ Diaconi munus suscepit, sed ob Interim illud famosum expulsus, Basileæ aliquandiu exulavit; Anno 1550. ad suos reversus, Uxore ducta, ludum literarium aperuit, sed iterum ejectus, quod Scholam ex præscripto Libri Interimistici gubernare nollet. Cum autem sub id temporis ejusdem Conjux, quam gravidam secum ducebat, Leipheimii Ulmenfis ditionis Oppido, pareret, Sacrificulis Baptismum denegantibus, infantem recens natum per aliquot menses vagabundus circumtulit, donec tandem Tubingæ subistere & Sacro Baptismate initiandum tradere liceret. Ubi & Anno 1552. Diaconi officium ipsi demandatum est. Anno 1556. Blaubeyram translatus, 1558. Pastor Ecclesiæ Cantstadianæ, & Anno seq. Concionator Aulicus Stuttgartiæ declaratus est. An. 1560. Abbas Hirsavienfis constitutus, ibi 28. annos non solum pro suggestu Sacra docuit, sed & in Schola 18. Adolescentes erudit. Conjuges habuit duas, primam in partu defunctam, alteram Saram nomine; Laudatur passim propter eruditionem, constantiam, humanitatem & pietatis studium, cujus benignæ Communicationi non pauca se debere Martinus Crusius testatur in *Anal. Suev. Part. III. Cap. 60 p. 595.* Mortuus est in Domino 1588. d. 26. decembr. ætatis 63. Minist. 42. Concionem funebrem dixit Johannes Elshoferus, Calvensium Superintendens, quam vide plur. (a)

Scripta.

- (a) *Aug. Brunnii Lib. Syn. p. 82. & ex his Melch. Adamii Vita Theol. lt. Freheri Theatr. p. 275. Serpilii Epit. p. m. 140.*